Bone expectare ẽ nõ nec electõ que ſit ↄtemptus ill̃ qui debent intereſſe eſt irrita ipſo iure ut. s̃. e. qꝺ ſicut ⁊ in c. venerabil̃. j. de ar bi. cũ olim ⁊ lxiij. di obeuntib; g̃ ea nõ obſt ante põt attẽp tari ſa ut. j. d ap. cõ ſtitutus cũ eñ a iure ſit r̃pbata tal̃ elec tio nõ eſt neceſſe iu dicem adire pro ea caſſanda ut. ff. de cõ di. ⁊ niſi õ. in. ſ. que ſb ↄdi. in ſ. ſi. preter= rea cũ vniuerſitas delinquit in eligen do tunc electio deb; deuolui ad eum qui nõ delinquit ut. s̃. e. bone ⁊. s̃. de poſtu lando bone ⁊. e. gra tum al̃ eñ dico ꝙ electio archipbr̃i nõ fuit nulla ipſo iure ſed po tius ãnullanda ⁊ ideo expectari debuit caſſacõ ſupioris anteꝙ̃ ꝓ ceſſus ad ſecundam fieret ad ſe. vnde ⁊ ſi iſte habuiſſ̃ ius eligendi deliquit tamen in h̃ ꝙ noluit in ſimul eſſe actor ⁊ etiam iudex pre miſſe electõnis ut. j. de ↄceſ. preben. poſt electionem in parte decĩſa et licet illi deliquerint in eligendo nõ tamen illud ius deuoluit ad vnum ⁊ h̃ ſm jo. qui dicit ꝙ vnus nõ ↄſtituit vniuerſitatẽm ⁊ in ↄdicit in ar. iſtud. c. ⁊ lxv. di. ſi forte ff. deꝫ. i. ſi grege licet ius uniũ ſitatis dicat̃ in vno ſtare ut. ff. qꝺ cuiuſq; vniuer. ſicut in ſi. p quam ꝓnos dicamus g̃ ſi iſte nõ elegiſſ̃ poterat poſt caſſacionem eligere dum tamen licet poſtulaſſ̃ ⁊ iſtud innuit lr̃a iſta ubi dicit̃ noſtruꝫ debuit expectare iudicium anteꝙ̃ ꝓcederetur ad ſecũdꝫ ⁊ ſi electio

ſeruandũ; extiterit nemo ſane mẽtis ignorat ad no= ſtrum iudicium pertinere et infra ¶ Inſuper ſi predi dictus dux imperium obti neret libertas principũ in electione pariter et imperi um optinendi de cetero ce= teris fiducia tolleretur naꝫ ſi pro ut olim frater dicti ducis patri eorum ſic nec dux ipſe fratri ſuo ſucce= ret videretur imperium ñ ex electione ſed ex ſucceſſio ne deberi et in preiudicium principum redundaret ſi ñ niſi de domo ducis predicti videretur aliquis ad impe rium aſſumendus et infra Nobilitatem ergo. t. mo. per apoſtolica ſcripta mã damus quatenus a prefa= to duce recedat õmino non obſtante iuramento ſi qꝺ ei racione regni feciſti cuꝫ co ꝗ̃tum ad obtinendum im perium reprobato iuramẽ tum huiuſmodi non debe= at obſeruari ¶ Idem

Coram dilecto ſ. titu li ſancte prudencianẽ preſbitero cardinali et in fra Si vero vtriuſq; par tis fuerit caſſata electõ voſ fratribus omnibus qui fu erint in prouincia conuo= catis ꝗ̃ maiori et ſaniori p

teꝛorum ſuper p̃dictis vi= deritis complacere faciatis per cenſuram eccleſiaſticã firmiter obſeruari ¶ Ideꝫ ꝑmenſi epiſcopo et conu ẽtibus eius

Bone me. h. cremoñ epiſcopo i extremis agente cum de conualeſcen cia deſperaretur ipſius. ¶ Cremoneñ. capitulum. h. canonicum ſuum regij di= ſciplinis ſcolaſticis inſiſten tem ad certum terminum ſ. vigiliam penthecoſtes pro futuri electione ponti ficis citari fecerunt et infra Conſtitutõ autem dicto h̃ pro ſua et dilecto filio. N. pro electione archipreſbi= teri coram nobis electionẽ ab ipſo h. poſt electionem archipreſbiteri ñ caſſataꝫ licet de viro multe littera= ture honeſte vite et clare fame nõ tamen ſine multa temeritate preſumptam cum de priori noſtrum de= beret expectare iudicium ã teꝙ̃ procederet ad ſecundã duximus irritandam in pe nam interdicentes eiſdem contradictionis vocem in primo conſenſu capitulo ꝑmanẽte Electiõem autem archipbr̃i cuius laudabile teſtimonium perhibeatur

primo nulla fuiſſ̃ ipſo iure ꝙ electus indignus eſſ̃ tũc eñ ipſe ſolus potu it eligere ut. s̃. e. bone ⁊. s̃. de poſtulando gratum et. j. e. ſcriptum eſt ſed ta men hic non fuit nulla ꝑimmo ipſe eam poterat ↄfirmare ſi ↄſenſiſſ̃ ut. s̃. e. qꝺ ſicut jo. dixit ⁊ bene ꝙ nõ deuoluitur ius eligendi ad alios niſi quãdo eligit̃ pſona ineligibil̃ ut. j. e. ſcriptum eſt in ſi. ⁊. s̃. de poſtul. gratum ⁊. s̃. e bone me. ſed tamen dico ꝙ quando electõ non eſt nulla ipſo iure tunc nõ ipſo iure ſ; per ſentenciã ius eligendi de bet ad alios deuolui vel cũ ſi nõ ſeruatur forma illiꝰ cõ ſtitucõis quia ꝓpter tunc ſi militer ſũt puandi p ſentenci am ut. j. e. quia ꝓpter ⁊ in. c. cumana An ius vniuerſitat̃ remaneat in vno dictum fuit s̃. de poſtul. gratum et ibideꝫ recurrendum eſt quãdoq; ta men electõ eſt nulla ipſo iu re ⁊ tamen impedit tam vt s̃. e. auditis nec cũ tunc ius eligendi deuoluitur ad alios vnde ſecũda electõ ibideꝫ nõ tenuit ut ibi notatur in ſi. vl time no. ⁊ ꝙ dixi ubi quis ↄ temptus eſt non ipſo iure ſ; per ſentenciam ius eligendi debet ad ↄtemptum deuolui intelligo per ſentenciã dñi pa pe ar. iſtius littere cũ de prio ri noſtꝝ deberet expectarẽ iu dicium anteꝙ̃ ꝓcederet ad ſecundam nam ubi certa pe na ſtatuta eſt nõ ẽ alia im ponenda niſi per eum q̃ ha bet plenitudinẽ poteſtatis qꝺ ta men ſatis innuit iſta lr̃a ſuf ficit eñ ꝙ caſſetur electio v bi quis ↄtemptum ꝓſequitur ¶ Tractatum no. ꝙ caſſatur electio de qua eſt tractatꝰ ha bitus ante ſepulturã mortui ut lxxix. di. c. ij. ⁊ i. c. nullus ſ; tamen ꝓpter h̃ ſol. nõ fuiſſ̃ caſſata ſed tamen aſſumit h̃ dominus papa quaſi nõ cau ſam ut cauſam ſimil̃. j. de re iudi. cũ olim ſi ↄtemptus fu iſſ̃ cauſa caſſacõnis nã mor tuo viro ſoluta eſt vxor a le ge viri ut. j. de ſecund. nupci in. c. pñ. et vlt. ⁊ vij. q. i. ſicut alterius vxor ¶ Multoꝝ ut s̃. e. quod ſicut ⁊ i. e. venera bil̃. ¶ M ec predicta reſpõ ſio tante queſtionis diceret aliquis domino pape nonne ille. b. citatus fuit ⁊ ipſe. Ihe citacio nõ fuit l'ima ⁊ ſic eſt ar. ꝙ ſi aliquis citetur non le gittimo modo ſi aliquid fiat contra abſentem nõ tenet ge neral̃ eñ eſt ꝙ̃ ad citacionẽ que a iure r̃pbatꝰ ẽ non tenetur venireꝰ citatus etiam vt allegẽt priuilegi um de hoc no. per jo. iij. q. ij. ſi epiſcopus ⁊. j. de dolo et contuma. cum dile ctus ubi de hoc

Cum ad noſtram hic tu habes expreſſum ꝙ cleri cus ſecularis non poteſt eligi in abbatem ⁊ cuũ ad idem facit s̃. e. cũ cauſam et. j. e. cum in magiſtrum ar. contra xvi. q. i. in. c. preſbiteros tamen i bidem ſoluitur contrarium ſed non eſt contra nam illi preſbiteri erant mo nachi et ita poterant eligi in abbatẽ preſbiteri et ita ſunt monachi melio ris condicionis ꝗ̃ clerici quia clerici eos eligunt ad ſua officia ut lviij. di. c. i. et. ij. ⁊ xviij. q. i. c. i. vbi de hoc eſt expreſſum ſed tamen ipſi non eligũt clericos ad ſuas dignitates ar. cõtra xviij. q. i. omnes et ij. q. vij. ſicut ſacer dotes ſed tamen illa non tenent qm̃ quilibet monachus eſt clericus ſed nõ conuertitur ꝓpterea quilibet monachus in clericali officio videt̃ conſtitutus

Sed clericus secularis non in monachali ¶ Prem principalē ut viij.q.i. sunt in eccl'a sed secūdario liatum est alicui spectare ⁊ eciam sperare hono res ec. ut lxi.di. quod pderit ⁊ lix.di.si officia lxxxiij.di.psulut ⁊ verba ista Otu hēs xvi.q.vij.p lapsos Irritare .i. irritā nunciare ut.j.e.c.px.jo. Officij monachi nā monachi presumit aliquid ex quo monachi est subsecutū ut xxxi.q.i.si quis et.l.di.si qua femina que cū incōtinencia sūnt messe viden tur ut.ff.si certum pe.lecta ē nam ex hoc presumit q̄ tur piter et ex puencione electꝰ sit qđ tamen eē non debz ut i.q.ij.c.q̄pio sed si hec est ra cio quare nō possit clericus e ligi in abbatem q̄ non est in structus in regul' monachal' sic eadē racione monachꝰ nō debet eligi in epm vel prela tum clericus ec.secul'.cū ipse non nouerit regul' clericoꝝ ut possit prefici ec. secul'. ut xvi.q.i. sic uiuc. ⁊ c.si clericatus qđ tamē essꝫ verꝫ si om nino ignoraret sed bene eli guntur monachi ⁊ regula res ad secul' prelaturas ꝑpt officium predicandi qđ ē p̄ uilegiatum ut.j. de statu re gul'.qđ dei timorem ⁊.j. de voto ⁊ voti redempci.p tuas et xviij.q.i.statum ⁊ lviij.di c.i.⁊ ij.Sed quid si clericꝰ secul' peritus essꝫ i regul'.mo nachoꝝ posset ne tunc eligi in abbatem ⁊ videtur q̄ sic nam racio pstitucionis in co cessat ut lxi.di.in.§ i hijs om nibus sicut monachus peri tus pōt eligi in regula cleri cal' in epm per.c.predicta ꝗ nō est ita q̄ si sciat regulaꝫ non tamen est in ea expertꝰ nam graue est in expertos di uinis obsequijs applicaē ut xix.q.iij.monasterijs ꝗ qua re non potuit iste postulari i abbatem cū laycus nesciens regul' clericales possit in epi scopuꝫ postulari ut lxi.di.cū si us ⁊ postea per tres mēses addiscere potest regulas cleri cales ut in aut.de sanc.epi.in §.diuus in colla.ix.Jtez he remita postulat' in abbatem ut.s.e.cū in monasterū dic q̄ non fuit heremita ꝗ de mo nasterio qđ erat in heremo et eadem est racio nam si lay cus est peritus nō est i eo ne cessaria pbacio habitus cleri calis sed tamen omnia ista ñ psunt nam q̄tumcūq; est la ycus peritus in regula mona chali ⁊ expertus ⁊ cciā ap batus in ea nunq̄ pōt eligi vel eciam postulari in abba tem ꝑpter racōneꝫ que ꝗ red ditur ⁊ quia eiusdem pfessi onis debent esse qui eligunt et qui eliguntur ne quasi cū boue ⁊ asino videatur arari qm̄ quasi simul ⁊ semel ē lay cus et abbas ⁊ quia eciaꝫ p̄ sumpcio ambicionis maxima est cum al' non fieret forsitā

nō fieret monachus et ab inicio eciam bene repellit quemlibet a dignitatibus ut viij.q.i.in scripturis quia non ambiciose sed labo re vnumqueq; ad honorem peruenire conuenit ut.C.de re mili. ꝗ pub licam vtilitatem l.xij.⁊ ambitus vocari solent ut lxi.di.miramur in fine ¶ Competenter videlicet p tres menses ut ar.j.de cela.⁊ ꝗ si m.c.preterea et in aut.de sanc.epi.§.ij. colla.ix.vel eciam a liter expone opetent i.per annū secundū quosdā ⁊ induat p se illud .c.lxxvij.di. monachus nouicꝰ johannes.

Illa canonicaꝫ notā q̄ licet a liqui sint excommunica ti minori excommunica cione tam̄ eligi pos sunt et talis electio dicitur canonica ut hic tu habes tamen scienter talis nō po test eligi p eo qđ e ligitur ad ea quibꝰ ipse est remotus ut j.de excep. a nobis et istud hodie est ex pressum.j.de clerico excomu.minis.si cele brat nec eciam incur rit irregularitatem si celebrat tamē pec cant tales si cele brant ut ibidem di cit sed criminosi a p secucōne sui iuris ñ repelluntur nisi sint excōmunicati maiori excommunicacione et ita isti possunt vti iu re suo in eligendo ⁊ in alijs negocijs ec clesie temporalibꝰ ⁊ spiritualibꝰ ar. tam ꝗ .s.e.cum inter. ß. et.s.de psue.cū dil. ibi dicitur q̄ suspensi nec eligere nec eli gi possunt so.hic ⁊ in.c.si celebrat intel ligitur de suspensio ne canonis p solam participacionē q̄ria cū loquuntur de su spensione iudicis na maius agit cū.l.q̄ cū ministro.l.vt.ff. ff.de arbi.celsus. ¶ Supplentes istā cū supplecio fit ex habundanti nō aūt ex necessitate eo q̄ obiectum fuit de ta li excommunicacione q̄ tamen non repellit ab electione per de cre.predictam si ce lebrat ¶ Simpliciꝰ excōmunic.ꝗ potest sumi ar.q̄ utile nō vidcatur per inuti le vt.j.eodem in ca pitulo proximo in v.nisi forsan

de ipso iusticia exigente cas sauimus tum quia corpo re dicti episcopi nōdū tra dito sepulture habuerunt de ipsa electione tractatuz et contra canonicas sancti ones tum quia inuentus est .h. fuisse contemptus Licet vnus solus extiterit cum plus in talibus psue uerit vniꝰ contemptꝰ ob esse q̄ multorum cōtradi ctio in presenti Nec predi cta debet dici valuisse cita cio quia cum episcopi mor te preuenerit temeraria in mis extitit et nō potuit ar tare citatum. ¶ Item Cum ad nostram no ticiam peruenisset q̄ b.qui se pro abbate ligo neū gerebat non fuerit an te monachus q̄ electus Nos attendentes q̄ cōtra regulares tradiciones istō fuerit attemptatum cū nul lam speciem vel promissio nem habens vt abbas fi at debeat monachari electi onem de eo factam duxi mus irritare ¶ Item m̄ gistro C. presbitero cardi nali apostolice se. legato. Officij tui et infra. Sane nobis tuis lit teris intimasti q̄ cum mo nasterium quoddam posi tum in medio nacionis per uerse pastoē careret mona chi de electiōe abbatis tra ctantes cum non possent sui ordinis ydoneam inue nire personam in quendaz virum nobilem oculos di rexerunt per quem poterāt melius defensari et patreꝫ adierunt ipsius humiliter postulantes q̄ filium suuꝫ indueret ut habitum su

sciperet monachalem nul lam patri de ipsius promo cione fiduciam tribuentes et pater ad hoc inductus fili um prouidum et discretū qui effectus monachus fu it et in abbatem electus cu ius electio extitit per recto rem massanum ap.sedis le gatum qui in omnibus p̄ dictis interfuit confirma ta cum autem idem sit pa ratus purgare se q̄ nulla fuit ad hoc ambicione in ductus postulas edoceri v trum dictus legatus ele ctionem confirmare vel di spensare potuit vel quod factum est stare possit et v trum electione cassata ite rum valeat eligi in abba tem nos autem consulacio ni tue taliter respondemꝰ q̄ cum ex hijs que inconti nenti subsecuta sunt osten datur q̄ talis taliter ñ pos sit eligi in abbatem maxi me pro eo q̄ anteq̄ essꝫ di scipulus uoluit esse magi ster electionem illam irri tam esse decernimus et ma nem ¶ Uerum postq̄ fue rit in regula competenten ter instructꝰ si vrgens ne cessitas et euidens vtilitas ipsius monasterij postula uerit ideo purgacōe recep ta poterit in abbatem assu mi ne monasterium oppri matur in cursibꝰ maligno Illa rum ¶ Itē Concordiana instancia et infra ¶ Quia pro cer to didicimus electionem de ipso factam canonicam extitisse ipsam auctoritate apostolica duximus confir mandam supplentes de ple nitudine potestatis si quis

in eo fuiſſet ex eo defectũ ꝙ quidam interfuerint electioni eiuſdem qui ex ſola participatione in ſimplicis excõmunicationis laqueũ inciderunt ¶ Item magiſtro maximo notario nr̃o

Scriptum eſt in apocalipſi iohannis ꝙ i medio et in circuitu ſedis erant quatuor animalia et infra ¶ Sane ad hanc eccleſiam conſtantinopolitanam duo animalia ſũt vocata vtinam plena oculis et alas habentia ſenas videlicet cracien. archiepiſcopo et plebanus ſancti pauli de venecijs ſicut per procuratores tam poſtulantiũ archiepiſcopum ꝙ eligentium plebanum fuit ꝓpoſitum coram nobis. ¶ Uerum quia de hijs que ꝑ aſſertionem partium i iudicium deducta fuerant nobis non potuit fieri plena fides ꝙuis ſuper hijs que de numero dicta ſũt poſtulantium per quoddam publicum inſtrumentum nec non confeſſionẽ procuratoris partis aduerſe in iudicio quidem factã ſed poſtea reuocatam pars altera aſſereret ſuam intentionem eſſe fundatam cauſã

diſ. t. duximꝰ cõmittendã per ap. ſcripta mandamus quatenus ſuper hijs et alijs inquiras diligentiſſime veritatem de meritis eorum electi et poſtulati. ¶ Apud venecias vbi nati fuerint et diuicius conuerſati de ſtudijs autem eligentium et poſtulantiũ et omnibus generaliter que cauſam poſſint inſtruere apõ conſtantinopol. ubi huiuſmodi poſtulatio ꝯ electio celebrate fuerint et ſi partes conſenſerint procedas hoc modo ut ſi conſtiterit de mutuo conueniſſe ꝯſenſu ꝙ ad electionem patriarche vij. admitterentur ꝓpoſiti ſiue per ipſos ſiue per alios et duo alij ex parte vniuerſitatis pro ceteris conuentualium eccleſiarũ prelatis tot q̃ tunc temporis conuentuales eccleſias habuiſſe prelatos ꝙ cum vij. admitterentur prepoſitis et nouem canonicis q̃ſ quidem canonicos conſtat in poſtulatione pfati archiepiſcopi cõueniſſe duplo maiorem facere numerum q̃ xxvi. electores plebam tu vice noſtra poſtulationẽ admittas ñ pbatũ fuerit poſtulato aliqd obuiaſſe

Scriptum eſt inſtrumentũ publicũ videlicet p duos viros ꝓdoneos ⁊ etiam eorũ ſigillis munitum ut. j. de pba. c. qm. ꝗ ⁊ notarij etiam non debent intereẽ in electionibus neq; laya ut. j. e. maſſana ⁊. c. quia ꝓpter vbi dicit vocatis qui debent ⁊ poſſũt eciã ꝯmode intereſſe ergo notarij non debent intereſſe i electionibꝰ nec laya ut. j. e. maſſana et in. c. quia ꝓpter vbi dicit vocatis ⁊ dicitur qui poſſunt cõmode intereſſe ergo notarij nõ debẽt intereſſe quia non habent ibi ius neq; vocem nec etiam laycj et ſi non interfuerũt nunq̃ faciunt inde inſtrumentum ꝙ ſcriberet falſũ nam nõ abſentia ſcribentis ꝺ̃bet eſſe ſicut nec preſati ⁊ ꝙ etiã ſic ſcribens falſum committat tu hẽs. j. de hijs que fi. a prel. ſine ꝯ. c. qualiter in ꝗ. abſonum ¶ Reuocato. vnde licet ſine aliq̃ interuallo ſicut etiã teſtis poteſt ſuum dictum corrigere incõtinenti ut. j. de teſti. cogen. preterea cum factum parti ꝑiudicet dño dicetur. j. ut lite non ꝯteſ. c. i. ⁊. j. de cauſa poſ. ⁊ ꝓpri. cum olim ¶ Altera videlicet poſtulantium. i. ¶ Electiſic. ꝰ. e. venerabilem ſed ibidem ad illud ta eligentium nõ remiſit ſe legatus q̃uis potuerit ¶ Vbi nati q̃m ibidem meliꝰ poteſt inquiri ut. ꝰ. e poſtq̃. ⁊. j. de ꝑſũp. quoſdam ⁊ xxiij. di. illud ¶ Conſenſerint. ſ. ut notari: iſte ſm qꝺ inferius cõtinetur ⁊ in iſto ꝯſenſu neceſſarius etiã eſt ꝯſenſus electi ⁊ etiam poſtulati al' ei non poſſent partes recedere a iure ut. ꝰ. e. cum inter canonicos ¶ Mutuo iſtꝺ dicit quia pars eligẽtium hoc negabat ideo dñs papa mandat inquiri cũ de iure omnium non debuerant intereſſe ut. j. de cau. poſ. cum eccl'ã. ¶ Per alios qualiter enĩ quis per alium iſtud facere poſſit tu habẽs. j. e. quia ꝓpter ¶ Duo iſti enim duo vocem habebant pro xvi. prelatis videlicet ſingulariter pro quolibet ¶ Tot que tunc temporis ꝭ ideo dicit nam ſi tũc aliqua ꝯuentualis ec. vacauiſſet nulꝰ ꝓ ea potuiſſet admitti ſede vacante quia tunc non eſt qui iura illius tueatur vel etiam eo uti poſſit vt. j. ne ſe. va. c. i. ⁊. ij. et. j. de preſ. de quarta tunc enĩ dormit ius ec. ita ꝙ non currit preſ. ut. j. de preſ. auditis ⁊. c. i. ⁊. c. de quarta nec etiam ad. c. ius illud deuoluitur vt. j. ne ſe. va. c. ij. ar. ꝗ. j. de maio. ⁊ obe. hijſq; et in. c. cum olim q̃bus forte ſtatetur in caſu iſto quia diuerſi ſunt caſus a precedentibꝰ ¶ De canonicis inſt. que tu habes. j. e. michil eſt ¶ Duplo maior

tu habes hic ſm illos qui dicunt ꝙ hec eſt vera diffinitio ꝙ electio ſemper preualet poſtulationi niſi due partes aſſiũt in poſtulatiõne ⁊ de iſta materia dictum eſt. ꝰ. de poſtul. bone ⁊ ideo ſtatur hic iudicio duarũ partiũ nam quod due partes faciunt totum c. facere videt ut. ff. quod cuiuſq; vniũ. in. l plane ⁊ ſm iſtam decẽ. tu intellige qꝺ dicit decẽ. ꝰ. de poſtul. bone. i. ꝙ poſtulatio in diſcordia nõ ꝯſueuit admitti iſtud tamen tu intellige ꝓ ut dicitur in nota ſequenti Item no. hic ꝙ cum i electione longe maior numerus eſt ex vna parte q̃ ex alia tunc non habetur reſpectꝰ ad meritum pſone dum tamen ſit ꝯueniens ille qui eſt electus a maiori parte nec etiam ad zelum eligentiũ ut. j. e. dudum ⁊. j. de ap. ꝯſtitutis ſed ſi numerus in modicum excedat tunc enĩ recurritur ad merita ⁊ ad zelũ ⁊ etiam preferunt numero ar. j. de teſti. in noſtra et eſt expſſum. j. e. eccl'a vtã ij. ubi de ꝭ ¶ Cõfirmã. hic dicit dñs papa electionẽ a minori. c. factã confirmari ⁊ tamen pars alia non erat eligendi ptãte priuata quia non poſtulauerat indignam perſonam et de iure ſicut potterant poſtulaẽ ſicut etiam eligere ut. ꝰ. e. in cauſis ⁊ ita non poſtulãdo non peccant et ergo ius eligendi non fuerat deuolutum ad pauciores nam tunc decimum locum habet cum maior pars ſcienter poſtulat uel etiam eligit indignum ut in fine decẽ. dicitur et ideo ꝗ. j. e. cum ana et. c. eẽ. vtã et. c. i genesi in quibus dicitur ꝙ electio non valet niſi ſit facta a maiori parte c. ⁊ hic confirmatur etiam facta a longe minori ꝓpter hec et alia que dicuntur ibidem dixerunt quidam ꝙ iſta decẽ. non continz ius ſed fuit quedam ꝓuiſio et iſtud videtur per verba illa ſuperius ſi partes conſenſerint hoc modo procedas et ex eo ꝙ dñs papa admittit hic poſtulationẽ in diſcordia factam cum ⁊ p eam nullũ ius acquiratur poſtulato ut ꝰ. de poſtul. c. pl. ⁊ quia etiam non conſueuit apponi ſi ue admittere tales poſtulationes ut. ꝰ. de poſtul. bone ij et ita in iſtis duobus caſibꝰ continet gratiam quod ſatis poteſt ꝯcedi et ita videtur etiam ꝙ vtraq; pars renunciet iuri ſuo et ꝙ de ꝯſenſu partium taliter pcedatur ut. ꝰ. dicitur in verbis premiſſis et ſi partes conſenſerunt et. c. nã al' ſi contradicerent non taliter ꝓceſſiſſent ſed primo facta inquiſitione ſuper hijs de quibus premittit cauſã inſtructam remiſiſſent ad dñm papam iſtud probatur. ꝰ. e. bone in parte decis videlicet vbi due partes aliquem poſtulant licet ius non acquirat poſtulato ut agere poſſit tamen bene poteſt gratiam petere et etiam iniuria ſit eidem ſi non fiat gratia illa ut ar. ff. de aqua cottidi et eſti. l. i. in ꝗ per mittitur de hoc enĩ notatur. ꝰ. de poſtul. gratum ⁊ in. c. ſi. ⁊ pl. ⁊ etiã idem crederem etiam ſi maior pars poſtulat ꝙ gratiam deberet habere ⁊ qꝺ dicit de duabus partibus non credo neceſſarium eſſe ſed tantum quedam ꝓuiſio fuit hic vt dictũ eſt quia ſiue maior pars et ſanior ſiue etiam due partes ſiue omnes totũ dependet a ſuperiore ſed quod hic in fine dicitur ius eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et etiam alij admitterent dum tamen ignorantiam pbarent ut. ſ. e. innotu
it et ſi maior pars ignorauiſſ illum indignũ tunc vtraq; debet reprobari a d
rio ſenſu. ¶ Et pſona poſtulata videlicet ignoranter. ¶ Maior pars et ita
videtur a ꝯrio ſenſu quia ſi maior pars. e. ſciuiſſ illũ indignum eẽ alij non
punirentur ꝓpter h et ita eſt hic ar. ꝙ vtile non viciatur ꝑ inutile ſic. ſ. e.
c. primo et eſt multũ notabi
le illud ꝙ etiam culpa vel do
lus minoris partis nõ nocet
nec etiam ea que fiunt a ma
iori parte irritant ꝓpter hoc
et etiam illi ſoli priuati eſſet
iure eligendi in prima elec-
ſiquidem alij non eligiſſent
ut. ſ. e. cum in cunctis et hic et
etiam alij bene admitterent
dum tamen ipſi ſuam igno-
rantiam pbarent ut. ſ. e. in
notuit etiam ſi maior pars
iſtud ignorauiſſ .ſ. illum in
dignum nam tunc vtraq; de
bet reprobari a ſenſu ꝯrio ut
ſ. dicitur. ¶ Maior et ꝙ eti
am dicitur hic ꝙ electio a mi
nori parte. c. facta ꝯfirmetur
videlicet cũ maior pars po-
ſtulantium ſcienter poſtula-
uit et indignum intelligitur
quando vno ꝯtextu fiunt taƚ
electio ꝙ poſtulatio ut hic ꝯ
tingit ſecus autem ſi ex inter
uallo tunc enĩ illi ſoli qui el
gunt vel poſtulant indignũ
ſcienter ſunt eligendi vel po
ſtulandi poteſtate priuati et
illi qui ignoranter poſtula-
uerunt ſeu etiam elegerunt
indignũ debent ab alijs ad
electionem admitti nam aƚ
deberet caſſari electio ꝓpter ꝯ
temptum ut. ſ. dicitur in eã
dem no. ¶ Preſumptione .i.
ex certa ſcientia ut. ſ. e. inno
tuit ſed qualiter potuit eẽ di
gnus iſte poſtulatus archie
piſcopatu et dignus etiam
patriarchatu et qui etiam q̃
iudicatꝰ fuit dignꝰ a dño
papa vel a ſuo patriarcha
quando eum ꝯfirmauit v. de
licet in epiſcopum quare au
tem de vno iubet inquiri de
moribus ſuis contra illud. e
xvij. q. iiij. in ſ. qui autem et
C. de crimine ſacril. in. l. ij. et
j. de cle. a. et quali. accepimꝰ
dico ꝙ licet quis dignus re
putetur ad vnam dignitatẽ
ꝓpterea non eſt dignus ad
aliam dignitatem maiorem
licet enĩ cum aliquo diſpenſe
tur in minori dignitate non
tamen diſpenſatur ad maio
rem dignitatẽ ut xij. di. nõs
cõſuetud ſed tamen qd in fi. dicitur iis ẽ ¶ Priuari iſtõ referas ad factuƺ
cum ipſi ſunt ipſo iure priuati ut. ſ. e. cum in cunctis illi videlicet qui ſcien
ter indignum elegerunt vel etiam tu dic .i. nunciari priuati. ¶ Confirmes
cum ſit a maiori parte illoꝝ facta. ſcilicet qui ius eligendi habebant.

Nec p defectu ꝗtum ad hoc nichil additur per ꝯſtitutionem iſtam naƺ
et idem erat ſecundum iura antiqua ut. l. di. poſtq̃ et lxiij. di. obeunti
bus et alij tres dantur ad conſecrationem petendam ut. c. di. q̃m quidam et
e. cum in cunctis jo. ¶ Vel regul. et hic enĩ patet ex ꝯſtitutione iſta ꝙ canõ
ſtat. ꝯ aƚ. j. de ꝯceſ. preben. c. nulla nõ extenditur hodie ad regulares prelatu
ras nam hic equiparantur tam ꝯſtatus ꝗ̃ placones aƚ preƚ reguƚ ſimiƚ xvi
q. vij. in. c. ſi quis deinceps jo. ¶ Iuſto impedimento et ita nõ currit pſcrip
tio ꝯ canonicos ſi poſtea iuſta cauſa interueniente nõ eligant ut. lxxiij. di

de canonicis inſtitutis ꝙ p
motionem ipſius debeat
impedire ac plebam electi-
one caſſata ipſum archie-
piſcopum abſoluas a vi
culo quo eradien̄ eccleſie
tenetur concedendo ipſum
conſtantinopolitane eccle
ſie in paſtorem. ¶ Quod
ſi ad faciendum duplo ma
iorem numerum ſimiƚ om
nes predicti minime ſuffe
cerint ſiue dignus ſiue in
dignus fuerit poſtulatus
tu poſtulatione repulſa e
lectionem plebani auctori
tate noſtra confirmes dũ
modo nichil obſiſtat eidẽ
quod ipſum tanto preſula
tu reddat indignum ſi ve
ro numerus poſtulantiũ
inuentus fuerit duplo ma
ior quemadmodum predi
ctum ẽ et perſona poſtula-
ta reperta fuerit indigna
tu tam poſtulationem ꝗ̃ e
lectionem non differas re
probare niſi forte omnes
aut maior pars poſtulan-
tium preſumptioni damna
bili poſtulauerit ſcienter i
dignum vt hac vice me
rito debeant eligendi ſeu po
ſtulandi poteſtate priuari
et h quoq; caſu electionem
confirmes ſi eam de perſo-
na ydonea conſtiterit cele-

bratam ¶ Idem in gene-
rali concilio
Ne pro defectu paſtoris
gregem dominicum lupꝰ
rapax inuadat aut in facul
tatibus ſuis eccleſia vidu
ata graue diſpendium pa
tiatur ¶ Volentes in hoc
et occurrere periculis anima
rum et eccleſiarum indem
pnitatibus prouidere ſtatui
mus ut vltra tres menſes
cathedraƚ vel regularis ec
cleſia prelato non vacet i
fra quos iuſto impedimẽ
to ceſſãte ſi electio celebra
ta non fuerit qui eligere de
buerant eligendi poteſta
te careant ea vice ac ipſa e
ligendi poteſtas ad eum q̃
proximo preeſſe dinoſcitur
deuoluat Is vero ad queƺ
fuerit deuoluta poteſtas d
um pre oculis habens non
differat vltra tres menſes
cum conſilio capituli ſui et
aliorum prudentium vidu-
atam eccleſiam de perſona
ydonea ipſius quidẽ eccleſi
e vel alterius ſi digna non
reperiatur in illa canonice
ordinare ſi canonicam vo
luerint effugere vltioneƺ
¶ Idem in eodem
Quia ꝓpter diuerſas
electionum formas
quas quidã inuenire conant

de ſimo. cũ ſane et lxi. di. in. c. hec nobis et. j. de conceſ. preben. c. quia
diuerſitatem et. C. de offi. t. ꝗ maiores ꝗ. ff. ex quibus cau. maio.
l. quod quidam et. in. l. ſe. et. in. l. ait pretor in ꝗ. fi. ſed ſi papa inter
diceret electionem non minus eis currit tempus niſi petant licentiã
eligendi infra tempus ſtatutum ut. j. e. c. fi. ſed nunquid eſt hic ne
ceſſaria petitatio ꝙ
non pñt eligere in-
fra tres menſes qd
videtur ut. j. de offi.
ordi. paſtoralis in fi
et. j. de ap. ſi iuſtus
metus nõ credo ꝙ i
iſto caſu ſit neceſſa
ria petitatio ꝗ de
bent petere licentiaƺ
et ſi nõ petant ſunt
in mora vt ibi dicit
¶ Ea vice .i. in pri
ma electione que im
minet facienda que
etiam ſi caſſaretur ƚ
ſi nollet vetire electꝰ
vel eã ſi eligeretur
indignus ſtatim re
cuperarent ius ſuuƺ
vt. ſ. e. cum vinton.
¶ Deuoluat olim
nõ deuoluebaƚ ad p
imũ ſuperiorem vt. j.
de conceſ. prebẽ. di
lectus ſed ad papaƺ
in ꝯſtatibus et ſic re
ducit eã ad ius cõ
mune aliaꝝ dignita
tum vt dicit ibi poſt
vi. menſes ita hic ut
poſt tres menſes ad
primum ſuperiorem
deuoluat ut. j. de cõ
ceſ. preben. nulla. ¶
Cõcil. ſed nũquid te
net cõciliũ habere ca
pli ſui ut aƚ nõ va
leat electio niſi habi
to cõcilio et cõſenſu
et videt ꝙ ſine illis
ñ poteſt eligere ſicut
nec alia negocia face
re debet ſine ipſis ut
j. de hijs que fi. a p.
ſine. ꝯ. c. nouit et in
c. quanto et quaſi p to
tum ar. j. e. cũ in ve
teri vbi caſſaƚ electõ
quia nõ fuit expectã
tũ reſpõſum eoꝝ de
quoꝝ cõcilio debuit
fieri electio vt lxiij.
di. c. obeũtibus et
xv. q. vij. epũs nullꝰ
Sed ꝗ ſufficit pete
re cõciliũ licet nõ te
neat illud ſequi vt. j.
de arbi. cũ olim eẽ ex cõciƚ. nemo obligat vt xiij. q. i. quod precipi
tur credo ꝙ iſtud facere debeat ꝯſentiente. e. vel etiam maiori parte
e. aƚ ñ credo ꝙ ſolꝰ iſtud facere poſſit p iura ꝑdicta vel etiaƺ tu dic
ꝙ ſufficit tantũ requirere ꝯſilium .ẽ. in caſu iſto de honeſtate cum
ad ipſum ſolũ deuoluat electõ et non ad capl'm conſilium vero ali
oꝝ ſimiliter non de neceſſitate ſed tantũ de honeſtate requirit. ¶
Ipſius videlicet vacantis hic enĩ precipit vt de eadem eccleſia eli
gat ſed nonne ad metropoƚ. deuoluit idẽ ius quod habuit capi
tulũ ſed. c. potuit eligere vndecunq; ut. ſ. e. cum inter canonicos et. c.
cũ in nobis et. c. in cauſis ergo et metropolitanus dico ꝙ pmo de
bet inquirere pars vacantis eccƚe et eligere de gremio ipſius et iſ
tud etiam de iure debuit fieri per illa iura lxi. di. obitum et. c. nullꝰ

et xxviij.q.ij.ꝙ ſit preacioſum ſed tamen ſi iſtud non fecerit inchoat omnius valebit electio nam multa non debent fieri facta tamen manent ut xxvij.q.i.nupciarum et xxvij.q.i.ſi vir ⁊ nunꝙ tu inueni; es ꝙ propter hoc tantūmodo caſſetur electio de iſta materia tractatur ſ.e.cum inter canonicos ſed quare dicitur hic ꝙ metropol.eligat de eadem ec.cum ipſi amiſerunt ius eligē di ſ.e.amiſerunt ius eligendi actiue non tamen paſſiue quia ipſi non pñt eligere ſed bene pñt eligi et ſatis puniuntur i hoc ⁊ nō debent eciam propter hoc dupliciter puniri nam bene ſunt reſtringen; di ut de pe.di.i.pene hic tu habes ꝙ qui non poſſunt eligere bene pñt eligi ſed ꝺ aliqui poſſūt elige re ſed non poſſūt eli gi ut.j.de eli.excom mu.inimſ.m.c.ſi ce lebrat hic āt negli gencia priuat eos po teſtate eligendi ibi nō ⁊ ibi ideo nō poſ ſunt eligi quia nō habent id propter qd eliguntur hic autem bene habent videlicet et execucionē ſacra mentorum Johannes.

Quia propter vi duatis p ſ eñ videtur ꝙ tantū lo quantur de electio: nibus platorum.i.epi ſcoporum ⁊ canonico rū ſed nunquid nos extendimus iſtam ꝯ ſtitucionē ad omnes dignitates eciam ad nō cathedral et ad plebanatꝰ ⁊ ad om nes alios prelatos i collegiatis ec.unde videt dñs papa ex tendere illas cū eciā eccle propter dignita tes illas non dicun tur viduate cū habe ant epm tamen ſa: tis poteſt dici ꝙ exten.non extendantur ad alias dignitates ſed tantum ad epatus ⁊ eciam ad regul.prelaturas ut.ſ.e.ne pro de fectu tamen de facto bene extenditur ad alias dignitates ⁊ de iure eciam bene pōt intelligi ꝯſtitucō iſta de illis prel.qui iuriſdictiōnem generalem in eccleſijs collegiatis hñt nam tales prel.quodammodo ſponſi nominantur ut xxi.q.ij.ſicut in vnaquaqꝫ ſed non debet intel ligi de dignitatibꝰ ſeu eciam de perſonatibus illarum videlicet eccleſi arum cathedralium nam in vacacione illarum nō dicitur ec.viduata cum habeat epm qui eſt ibidem ſolus maritus tu tamen dic hodie ſeruari formam in talibus ⁊ eciam in canonijs que traditur in cō ſtitucione nouella .j.e.ſtatuimus ¶ Debet hoc ideo dicit quia om nes illi qui habent ius in electione ſunt vocandi vt.ſ.e.quod ſicut et qui ſunt in quieta poſſeſſione eligendi ſimul ſunt vocandi ut.j.de cau.poſ.e.cū eccl'a et.ſ.e.coram ⁊ in.c.bone.ij. ¶ Qui voluñt be ne dicit qui volunt nam ſi quis nō vult intereſſe electioni tunc eci am alij poſſunt ſine illo procedere poſtꝙ ꝯſtiterit ut.ſ.e.qd ſicut et ar.cum.c.in nobis ⁊ ar.j.e.eccl'a veſtra ubi dicitur de hꝫ ⁊ ſic eciā omnes ſunt vocandi qui ꝯmode vocari poſſunt ⁊ qui ſunt vocandi ut dictum eſt ut.ſ.e.coram ⁊.j.e.in geneſi ¶ Commode iſtud ideo dicit quia ſi ꝯmode ⁊ ſine periculo vocari poſſunt nō ſunt vocandi ut

et multa impedimenta ꝓ ueniunt et magna pericu: la imminent eccleſijs vi: duatis ſtatuimus vt cum electio fuerit celebranda p̄ ſentibus omnibus qui de bent et uolunt et poſſunt commode intereſſe aſſu: mantur tres de collegio fi dedigni qui ſecreto et ſigil latim vota cunctorum dili genter exquirant et i ſcrip tis redacta mox publicent in communi nullo proꝛ: ſus appellacionis obſtacu lo interiecto vt is collacio ne habita eligatur in quē omnes vel maioꝛ pars et ſaniō e.conſentit vel ſaltē eligendi poteſtas aliqui: bus viris ydoneis commit tatur qui vice omnium ec cleſie viduate prouideant de paſtore. Aliter electio facta non valeat niſi forte communiter eſſet ab om: nibus quaſi per inſpiracio nem abſqꝫ vicio celebra: ta ¶ Qui vero contra p̄: ſcriptas formas eligere at temptauerit eligēdi ea vi:

ce poteſtate priuetur. ¶ Illud autem penitus iter: dicimus ne quis in electio nis negocio procuratorem conſtituat niſi ſit abſens in eo loco de q̄ debeat ad: uocari iuſtoqꝫ impedimen to detentus venire nō poſ ſit ſuper quo ſi opus fue: rit fidem faciat iuramento et tunc ſi noluerit vni com mittat de ipſo collegio vi cem ſuam ¶ Electiones quoqꝫ clandeſtinas re: probamus ſtatuentes vt quāto electio fuerit celebra ta ſolemniter publicetur.

¶ Item in eodem

Quiſquis electioni de ſe facte per ſeculares poteſtatis abuſum conſen tire preſumpſerit cōtra ca nonicam libertatem et ele ctionis commodo careat ⁊ ineligibilis fiat nec abſqꝫ diſpenſacione ad aliquam valeat eligi dignitatem Qui vero electionem hu: iuſmodi quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus pre ſumpſerint celebrare ab

ſ.e.quod ſicut.§.i. ¶ Tres de collegio per hoc eñ videtur dari occaſio di; ſcordie nam facilius poſſent ipſi de.c.concordare in vnam perſonam quā aſſu mant in prelatum ꝙ in iſtos tres ⁊ ſi diſcordant canonici in eligendo iſtos tres tunc eque inquiretur de meritis ⁊ zelo eligencium ſicut in electiōne epi dico ꝙ in iſtis inquiſicionibus nō requiritur illa examinacō quia ⁊ ipſi nō eligunt ſed tantū inquirunt vota ſingulorum nam iſtud po teſt fieri p quoſlibꝫ de capitu lo dum tamē ſint fide digni et cauſa eciam inquiſicionis ſecrete ſiat nam forte quidaꝫ timore vel fauore timent ali quem nominare in publico quem nominant in ſecreto. et in ſecreto libere ñomināt quem volunt libera eñ debꝫ eſſe voluntas in eligendo vt viij.q.ij.dilectiſſimi ⁊.ſ.e.ti in.c.bone ⁊.j.e.c.xxi.ſicut in mat.carnali ut.j.de ſpon: ſacione ſiue ſolū et preterea p hoc e ciam obuiatur malicijs quo rūdam q̄ ſtatim eligebant et appellabant ne alij elige rent ſic.ſ.e.ꝯſideraumꝰ per iſtam ꝯſtitucionē malicijs et cauillacionibꝰ taliū obuiatur ¶ Qui ſecreto ſiat eñ in ſecreto teſtes deponere debēt ut liberius dicant veritatem nam al' non valeret eorum te ſtimoniū ut.j.de teſti.cū ve nerabi.⁊.C.de teſti.nulli de accuſa.inquiſicionis.§.tercio nam al' nō valeret niſi ſecre te ſiat ¶ Redacta videlicꝫ per ipſos ſcrutatores vel eci am p tabellionē ⁊ ꝙ dicit ſecreto.c.tantum excluditur et non perſone neceſſarie Mox.ꝯtinenti nullo actu ēxtrio intermedio poſt vota q̄ ſita ⁊ vno contextu ſicut teſta mentū ut.ff.de teſtam.in.l. heredes palam in ſi.optime ponit ſenſum iſtius mox.j.e. cum poſt petitam ubi caſſat electio nam ſtatim poſt voto rū collacionē nō fuit celebra ta ut ar.j.de teſti.cogen.pre terea Item quandoqꝫ mox ſeu ſtatim aliter accipitur vi delicet cū quodam tempera mento .x.dierum ut.ff.de ꝯſti: pecunia in.l.promiſſor ⁊ mox quandoqꝫ recipitur uſqꝫ ad annū vt xxx.q.ij.ſi in qualibet ⁊ in.c.puella ⁊ cum quodam temperamēto ſiue ſpacio ut.ff.ſolut.quod dicimus et.ff.ad.l. fal.l.i.in.§.item ſi ita Item mox quandoqꝫ intelligit cū primū potuit vt.ff. ad tertullianū.l.ij.§.itaqꝫ ⁊ in.§.ꝯfeſtim ⁊ illico.i.uſqꝫ ad triduum ut.C.de iudi.cum ſpeciali ⁊.C.de errore.i.aduoca.in.l.ſi. ¶ Publicent nam poſt publicacionem variare nequeunt electores ut.j.e.c.publicato ⁊ ideo nō ha bet locum appellacio primo ſūt appellendi ad electionem ut.j.e.publicato ¶ Collacione ut ſic ſciatur in quem maioꝛ pars ꝯſentit ⁊ eciam zeli ad zelum numeri ad numerum ⁊ meriti ad meritum debet fieri collacio nam ⁊ iſtud ē de forma electionis videlicet quando duo ſunt electi nam al' nō eſt neceſſari a et ſic tria conferūtur videlicet numeri ad numerum ⁊ meriti ad meritum ⁊ zeli ad zelum ut.j.e.in geneſi et.e.eccleſia veſtra ⁊ eciam ibidem de hoc tra ctatur ⁊.ſ.e.c.venerabilem ¶ Sanioꝛ tu dic ut.j.e.eccleſia veſtra Itē circa iſtam formam quedam ſunt ita exacta diligencia ſeruanda ut ſi ꝺ factum fuerit electio nulla eſt ſiue irrita ut.j.e.eccleſia veſtra ⁊.c.in geneſi aliquā do eciam eſt irritanda ut.j.e.cum poſt ⁊ in.c.cumana tamen in vtroqꝫ caſu non valet ut hic dicitur in.v.aliter ꝯ iſta quid ſunt de ſubſtancia electio nis ſeu de forma ut ſecreto ſeu eciam ſigillatim inquiſicio ſiat ⁊ publicacio i cōmūni coll'o et ꝯmunis electio ꝯtinenti nullo actu ēxtrio intermiſſo vnum poſt aliud faciendum ut iſta probantur.j.e.cum poſt petitam et in.c.cumana

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in fi. ex. e. in genesi ⁊ nota in ſcriptis redacta ſint ut appareat p ſcripturas de conſenſu cuiuſlibet et ſi vellet mutare ſcriptura eidem obiicet ut. i. q. vij c. ſaluberrimū et xxvij. q. i. omnes femine ⁊ xx. q. i. vidua Item et q̄ quilibet ſit vocandus qui commode vocari poteſt non credo eſſe de ſubſtancia electionis ut propterea tantū caſſetur electio dummodo contemptus poſtea conſenciat electioni facte ut. s̄. e. quod ſicut in ꝯ. fin aūt ⁊ q̄ tres tantū debeant eſſe inquiſitores nō credo iſtud eſſe de ſubſtancia dummodo n̄ ſint i quiſitores tal q̄ fraus non poſſit fieri ut ar. s̄. e. cū dilectus ⁊ quia q̄ facit plus non videt̄ facere q̄ ut. ff. de ſeruitu. vrba. predi. in. l. ſi arb orem ⁊ etiam ſupflua non viciant neceſſaria vero premiſſa diminuunt q̄ dum ut. C. de teſta. teſtamentum et. ff. de ſuplec. lega. in. l. legata in prin. nec etiā credo eſſe de ſubſtancia q̄ ſint d̄ eodem collegio nam in electionibus collegiorum religioſoꝝ viroꝝ requiri debet ſubaudi de honeſtate ut lxiij. di. obeuntibus ⁊. s̄. e. c. pſ. dum tamē nō ſint layci ut. j. e. maſſana ⁊. c. ſacroſancta ¶ Aliquibus viris ⁊ iſti poſſunt alij eē a capitul̄ dūmodo ſint viri religioſi nec ipſi exiguntur eē de. c. quia bene pnt ſuam poteſtatem dare alijs ut s̄. e. cauſamq̄ ⁊ licet dicatur aliquibus tamen vni bn̄ poteſt committi ut in dec. predicta cauſamq̄ quia nō eſt iſtō de forma iuris pmmo meli⁹ expediri pōt per vnum q̄ per duos quia res tunc fere ē ſine crimi ut. ff. de arbi. item ſi vnus in ꝯ. cum. ¶ Vice omnium ſed nunquid maior pars tunc ſequi poſſit formā iſtā alijs etiam contradicentibꝫ ⁊ videtur q̄ ſic nam quod maior pars facit totū. c. facere videt et firmitatem debet obtinere niſi cū racionabilis a paucioribꝫ oſtendat ut. j. de hijs que fi. a maiori par. c. cum in cunctis tamen ſatis videt̄ equum nam ſic euitatur diſcordia et facilius etiam conſulitur ec. iſto modo q̄ per ſcrutiniū ſed littera iſta contradicit vice omniū ⁊ q̄ dicit al̄ electio facta nō valeat ⁊ etiā alia racio poteſt eē nam cū quilibet vocē habeat in electione nō tamen deb; iure ſuo priuari nec etiam aliquis compelli debet ius ſuum alij dare ut. C. de contrahen. empa. inuitum ⁊. l. in vendendis ſicut et empcio voluntaria eſt ut. ff. fam. hēc. ſi pignor ꝯ. ſi. Alij dicunt q̄ maior pars bene poteſt poteſtatem eligendi committere minori parte contradicente quod michi nō videt̄ quia n̄ ſeruaretur forma ſecūda vel media cū etiam ⁊ illa debeat ſeruari ſicut alie due Priuentur per ſentenciam nō autem ipſo iure ut. j. e. cumana in fi. vnde ſignatur q̄. s̄. e. cum in cunctis ubi ipſo iure ſunt priuati tu dic de hoc ut dixi. j. e cumana i fi ¶ In eo loco de hoc dixi. s̄. e. corā j. ¶ Venire ſi venire nō poteſt quare citatur nō eīn videntur citandus vnde alij pnt eligere ſed iſtud nō eſt verū quia citandi ſunt ſemper abſentes ex quo poſſūt commode citari ſiue poſſunt venire ſiue nō ⁊ q̄ hoc ipſum dubiū poſſꝫ eſſe in preſentibꝫ ut. s̄. e. quod ſicut ⁊ intelligo eos non poſſe venire qui propter timorem nō poſſūt venire ad locum ut. s̄. e. bone me. magn̄, ſed in caſu illius. c. bone nō tenent cōmittere vices ſuas ut notat̄ ibidem in glo. que incipit ſi citati vel etiam propter infirmitatē ut v. q. ij. ſi egrotans vel ſi vocetur ad maius tribunal ut. ff. de re iudi. in. l. ſi q̄ pupillū ⁊ ideo cū ſit iuſta cā impeditus iure ſuo ſine culpa ſua nō debuit priuari ut. j. ut lite nō conteſ. q̄m fre. ꝯ. ij. vnde qd nō poteſt p ſe et per alium exequatur ut. ff. de procura. l. i. ſic in iudice ut. j. de offi. del. ſi p debilit. et in. c. paſtoral. in fi. ⁊ eſt op. ar. c̄ illos qui dicunt q̄ ſi plures ſunt iudices cum illa cā q̄ ſi nō omnes ꝛc q̄ ille qui nō pōt intereſſe licet poſſit cōmittere vices ſuas tamen ſocij non tenentur admittere q̄ extat conditio qd eſt falſum hic eīn non pt intereſſe ⁊ tamen alij tenentur eius procuratorē admittere tamen de illa materia dicitur. j. de offi. del. coram ⁊ iſte procurator

officiis et beneficiis premiſ
ſuſpendantur per triennium
eligendi tunc poteſtate p̄
uati ¶ Item in eodem
Nichil ē quod eccle-
ſie dei magis officiat
q̄ q̄ indigni aſſumantur
prelati ad regimen anima
rum ¶ Volētes igitur hu
ic morbo neceſſariam ad-
hibere medelam irrefraga
bili conſtitucione ſanci-
mus qua cum quiſq̄ ad re
gimen animarum fuerit e
lectus is ad quem pertinet
ipſius confirmacio dilige-
ter examinet et electionis
proceſſum et perſonam e-
lecti ut cum omnia rite cō
currerint munus confir-
macionis ei impendat quia
ſi ſecus fuerit incaute pre-
ſumptum non ſolum deici
endus eſt indigne promo
tus Verum etiam indig-
nē promouens puniendus
ipſumq̄ decernimus hac
animaduerſione puniri
ut cum de ipſius conſtite-
rit negligencia maxime ſi
hominem inſufficientis ſci
encie vel inhoneſte vite uł
illegittime etatis approba-
uerit non ſolum confirmā
di primum ſucceſſorem il
lius careat poteſtate Ve-
rum etiam ne aliquo caſu
penam effugiat a percepci
one proprij beneficij ſuſpen
datur quouſq̄ ſi equum fu
erit indulgenciam valeat
promereri ¶ Si vero cō
uictus fuerit in hoc p ma-
liciam exceſſiſſe grauiori
ſubiaceat vlcioni ¶ Epi
ſcopi q̄q̄ tales ad ſacros
ordines et eccleſiaſticas di
gnitates promouere pa
rent qui cōmiſſum ſibi of-
ficiū digne valeāt adiplere

cum ſit de. c. habebit vocē duplicem ut. j. e. congregato cꝫ ar. j. de re iudi. cū olim. ar. s̄. e. ſcriptum nec credo q̄ multum expediat q̄ iſte qui dat procuratorem debeat iuramentū preſtare ſed ideo dicit ſi opus eſt fidem faciat iuramento quia ſi per preſentes nollent eidem credere ſuper impedimento quo detinetur nec aliter admittere velint procuratorem q̄ non habent veriſi preſumpcōem tunc debet iurare q̄ impeditus non poſſꝫ venire tunc tenentur illū admittere Sed qd ſi nullus de. c. vellet recipere vicem ſuam nunquid poſſꝫ alij committere qui nō eſſet de. c. ſeu de collegio et videtur q̄ ſic nā per iſtam litterā cōſtat q̄ ipſe debet intereſſe per ſe vel per alium ⁊ ita ſi null⁹ vult recipere vicem ſuam pt alicui clerico viro religioſo cōmittere vicem ſuam al̄ non valet electio ſi eligerent ⁊ iſtud non credo q̄ ſubſtanciam eſſe ſi aliū admittant qui nō ſit d̄ collegio quia ⁊ viri religioſi vocari dn̄t ad electionem ⁊ de ipſoꝝ conſilio eſt facienda ita q̄ non valeat al̄ electio ut lxiij di. obeuntibꝫ tamen nōn credo q̄ etiā canonici ad hoc teneatur hodie niſi velint ⁊ illud. c. obeuntibꝫ non tenet niſi q̄ ad honeſtatem tamē ſi canonici tenentur illum recipere cui cōmiſerit vices ſuas auctoritate iſtius canonis ut ar. de. ſīp. cū contingat ⁊. j. de ap. cū ſpeciali vel ſi nollent recipere pt voluntatem ſuā exprimere p ſuas lrās et voluntas illa vnā cum alia publicabitur ⁊ ſic extra. c. ſuam vicē non amittat ¶ Clandeſtinas. illa electio dicitur clandeſtina que fit ſingulariter ⁊ occulte per occulta conuenticula ut lxxix. di. c. ij. et quādo non eſt publicacio facta dicitur clandeſtina ut hic in fi. nam quādo facta eſt debet publicari al̄ non valet vt dictum eſt ⁊. j. ut

Quiſquis abuſum ut laycus princeps ec. be. ut noſtrum vel etiam pcās interſit in electionibꝫ nam talis vſus nō eſt vſus ſed abuſus ut. s̄. e. cum terra ⁊ in. c. quod ſicut ⁊ etiam q̄ libertatem ec. ut ibidem dicitur et iſtud intellige cū clerici ſponte admittunt laycos ſecus autem ſi per vim aut impreſſionem eligeret nam tunc non puniuntur ut. s̄. e. cū vinton. ¶ Libertatem q̄ ſi admitterentur layci ſiue etiam huiuſmodi poteſtates aſſumerent ſibi ius in poſterū ⁊ ſic deperiret ec. libertas nam in electionibꝫ liberū debꝫ eē arbitrium cuiuſq̄ ut viij. q. ij. dilectiſſimi ſicut in numero carnali ut j. de ſpon. cū locum ⁊ ideo talis electiō nulla eſt que fit c̄ libertatē ec. ut. j. e. ſacroſancta ⁊ in. c. maſſana et. s̄. e. cū terra et ita layci omnino ſunt excludendi in collegiatis ec. ¶ Ineligibilis fiat p hoc ei q̄ dicit fiat qd eſt futuri temporis videtur q̄ non ipſo iure ſed per ſentenciam debet ſuſpendi et facit ad hoc. j. de iure patro. preterea videtur tamen q̄ ipſo iure per id qd ſequitur non abſq̄. ꝛc. ⁊ eſt verū q̄ etiam ipſo iure factus ē ineligibil̄ et ad h̄ facit xvij. q. viij. ſi quis deinceps et. s̄. e. cūc p defectu v̄. ſi careant ea vice ſed tamen ſuſpenſio ibidem durat quouſq̄ dignitatē taliter adeptam dimiſerit et qui ſic ſuſpenſus eſt ſicut per ſuum factum ſuſpenditur ita etiam per actum contrarium reſtituitur ut xv. q. vi. nos ſanctoꝝ et lxxxi di. ſi qui pbri ⁊. c. ſi quis a modo Sed nunquid epē cū talibꝫ pe

diſpenſare credo ꝙ ſic ex eo etiã ꝙ conditor canonis iſtud ſibi nõ re-
ſeruauit aliis conceſſiſſe videt. j. de ſen. ex. nup ꝛ. j. de preben. de mul
tã in ſi. ꝛ. c graue in ſi. et ſubaudi conſentire tali electõ. ꝛ hoc min⁹
eſt adulterio in quo poteſt eps diſpenſare ut. j. de iudi. at ſi clerici.
¶ Irritam ſic. s. e. cum in cunctis ubi electio ipſo iure nulla eſt utpo
te que ſit de perſona
indigna ¶ Suſpẽ
dantur p ſententiã
ſic. j. e. cum ana in ſi-
ſic etiam intelligitur
s. e. quia ꝓpter ſed ꝯ
s. e. cũ in cunctis ubi
ipſo iure beneficiis
ec. ſunt priuati qui
dam dicunt ꝙ ſtan-
dum eſt huic ꝛ nõ
illi ꝛ in aliquo casũ
corrigitur ille canon
ibi eligẽdi poteſta
te priuatos p. c. px.
quia ꝓpt diuerſitas
huius verbi q̃ntũ ad
doctores ſiue ad ele
ctionem habetur. j. e
c. ti. cum ana in ſi. ſꝫ
ꝙ dicit ab officiis ꝛ
beneficiis priuetur
illud eſt verũ ꝙ etiã
p ſententiam ſũt pri
uandi ꝛ illud. c. cũ
in cunctis non corri-
gitur ymmo ipſo iu
re priuati ſunt bene
ficiis p triennũ ra-
cio diuerſitatis eſt
iſta hic pũantur of
ficiis et bene. ꝛ ſic i
duobus puniuntur
quia plus peccãt ꝛ
ibi priuantur vel ci
am priuati ſunt tan
tum beneficiis ut qꝛ
minus peccãt hic ꝙ
ibi ut ſic q̃dã compenſacio ſit hic inde vel veri⁹ diuiſi ſunt caſus iſti ꝛ e
tiam in diuerſo caſu loquitur ꝛ ideo diuerſe pene ſunt ſtatute ꝛ hꝫ
etiam maior pena imponit ꝙ ibi quia plus offendit qui ꝯ liberta
tem ec. aliquid facit ſed ibi eligitur pſona indigna ¶ Eligendi tũc
i. eã vice ſic. s. e. cum in cunctis ſed ſi in illo triennio quo ſunt ſuſpen
ſi iterum vacaret videtur ſm iſtam expoſicionem ꝙ canonici elige
re pñt et ita ſuſpenſi eligent ſed iſtud eſſe non poteſt ut. s. e. cũ in te
ſꝫ. ꝛ iſtud tunc totum triennũ reſpicit et iſtud intellige quando
omnes delinquũt ſed ſi aliqui nõ deliquiſſent ipſi eligerent ut. s. e
ſcriptum eſt in ſi. ꝛ. c. cũ in cunctis ¶ Priuati ut. s. e. c. px. ꝯ ubi
priuantur p ſententiam racõ eſt quia plus peccant iſti ꝙ illi ut dic
tum eſt et ideo hic ipo iure ꝛ ibi no ꝛ i diuerſo caſu loquũt jo.

Nichil examinet ad illum eñ ptinet examinacõ ad quem ſpe
ctat confirmacio et ex ſuo officio debet examinare perſonam ele
cti ꝛ formam electionis etiam ſi non obiciatur aliquid electo ut. s.
e. cum nobis olim ꝛ in. c. venerabil. in v. eſt eñ generaliter ꝛc. vt
lxxviii. di. quod eſt cito et. j. de hereti. cũ ex iniuncto quia eius inter
eſt ne puniatur ſi ꝓmouerit indignum ut. j. e. ſequitur ¶ Indigne
ꝓmouens ſic lxxi. di. tantis ¶ Inſufficientis ſciencie que impedit
ꝓmouendũ ut. j. e. congregato ꝛ etiam deiicit iam ꝓmotum ut. j. de e
ta. ꝛ quali. c. vlti. ¶ Etatis ut. s. e. c. cũ in cunctis ꝛ ita expreſſe pa
tet hic ꝙ ipſi in etate nõ pñt diſpenſare tamẽ de hoc dixi. s. e. cuꝫ
dilecti cum puniant ſi hꝫ fecerint al eñ nõ deberent puniri qꝛ qᵭ le
gitime factum eſt penã nõ meret ut. C. ad l. iul. de adult. l. gracus
¶ Poteſtate videlicet ipſo iure ſimil. s. e. ti. ne p defectu ꝛ. c. cum
in cunctis in ſi. ¶ Suſpendãtur varie pene ſtatuunt a canonibus
circa illos qui illicite ꝓmouent indignos ꝛ illos etiam qui illicite
ꝓmouent nam quandoqꝫ priuant ptãte conferendi ordinem illum
quem illicite contulerunt ut. i. q. i. ſi qui epi ꝛ. j. de tempori. ordi. in. c.
litteras ꝛ lxxvi. di. qui eccl'aſticas ꝛ etiam ordinat⁹ remouet a cle
ro ut ar. l. di. c. ex penitentib Item q̃nqꝫ ſuſpendunt a celebracõne
miſſe p annũ ut lv. di. nullus Item q̃nqꝫ deponitur ut lxiii. di. c. ut

ſi et ipſi canonicã cupiunt
effugere vlcionem ¶ Ce
terum qui ad romanum
pertinent immediate ponti
ficem ad percipiendam ſui
confirmacionem officii e-
ius ſe cõſpectui ſi commo
de fieri poteſt perſonaliter
repreſentent aut perſonas
tranſmittant ydoneas per
quas diligens inquiſicio ſu
per electionibus et electis
poſſit haberi ut ſic demum
per ipſius circumſpectionẽ
conſilii ſui plenitudinem
officii aſſequantur cum e-
is nichil obſtiterit de cano
nicis inſtitutis ita ꝙ inte-
rim valde remoti videlicet
vltra ytaliam conſtituti ſi
electi fuerint in concordia
diſpenſatiue ꝓpter neceſſi
tates eccleſiarum ꝛ vtilita
tes in ſpiritualibus ꝛ tem
poralibus adminiſtrẽt ſic
tamen ut de rebus eccleſia
ſticis nichil penitus alienẽt
¶ Munus vero benedicti
onis ſeu conſecracionis re
cipiant ſicut hactenus reci
pere conſueuerunt ¶ Ino
cencius iii. ca. cõſtãtinopol.

Ut preterite et infra
preſencium auctori
tate ſtatuimus ut expenſe
neceſſarie quas capitulũ
conſtantinopol vl eius nũ
cii vacante ſede pro electi
onis negocio fecerint d bo
nis patriarchat' fiãt totalit
vel reddantur dummodo
ipſius bona decedentis pa-
triarche non occupẽt vel v
ſurpent ¶ Inde electo lũdon

timo ubi eps ordinatus preter conſcienciã archiepi deponit ut l. di. c. i. ꝛ hꝫ
ſtatuit etiam pena circa illos qui ꝓmouent indignos qꝛ debent ſuſpẽdi ut
hic dicit per ſñiam a ſuo ſuperiore cum ad ipm peruenerit huic ꝯ. j. de pre
ben. graue ibi eñ nõ punit qui ꝓmouet indignos niſi poſt ꝑmam ꝛ ſcdam
correctõem ſiue admonicõem ꝛ hic ſtatim ſine aliqua admonicõe item hic
ordinati ſiue ꝓmoti remouẽ
tur ibi non ſo. dicas ꝙ in alio
caſu hic loquit ꝛ in alio ibi.
nam hꝫ loquit de illis qui ꝓ
mouent ad dignitates et ad
regimen ec. ſiue dignitat ut
dicit in prin. et qꝛ plus pec-
cant ꝛ plus puniunt ſine a
liqua admonicõe qꝛ vilibus
perſonis porte dignitatis pa
tere non debẽt ut. j. de exceſ.
prel. inter dilec. ꝛ. j. de iure
iuran. querelam ꝛ. C. de iſti.
l. i. l. x. ꝛ. C. de dignita. in. l.
neqꝫ famoſis. l. xii. ibi loquit
de ſimplicib bñficiis ubi nõ
requiritur tanta maturitas
et ideo ibidem locum habet
correctio qꝛ in coꝝ ꝓmocõe
non eſt tãte periculũ unde ſi
ſi non remouent ſed iſti ſic ꝛ
ita non eſt ꝯ qꝛ diuerſitas ꝯ
dictorũ. impedi. ſicut dicit diuer
ſũ tempus impedit ꝯdicõeꝫ
ut de pe. di. i. c. periculoſe ¶
Grauiori ad arbitrium tam
iudicis non determinat ut. j
de offi. del. c. del. c. de ciis et
j. de accuſ. ſup hiis ꝛ magis
puniẽda ẽ malicia ꝙ neglia
ut. j. de fal. ad falſa. in ſi. c. ¶
Canonici ut. s. e. ti. cum in
cunctis in ſi ¶ Qui ad rõ. ſi
ue ſint abbates ut. s. ꝯ conſue.
cũ venerabil. ſiue epi ¶ Vl
tra ytaliam licet eñ fines y
talie nõ vbiqꝫ diſtãt a roma
equaliter tamẽ omnes dicun
tur ultra ytaliã ſiue remoti qui dicunt vltra duas dietas extra ſuã dyoc.
diſtare ut. s. de ꝯſe. nonnulli ſed tamẽ illud eſt verũ quo ad iudicia ſed q̃ntũ
ad iſtum caſũ qui diſtaret p duas dietas ꝛ dimidiam vel etiã p tres aut
paꝝ plus non tamen credo ꝙ habere debeat illud beneficiũ nã modica di
ſtancia eſt tamen conſuetudini ſtetur ꝛ ita aliud ſtatuitur ꝓpter diſtanciam
qᵭ tamen al nõ fieret ſic lxiii. di. cum longe ꝛ. j. de dolo ꝛ contu. cũ olim jo.
